

## **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1670**

Concl. VI. Conditionatè poteris absolvere moribundum sensibus  
destitutum, de quo aliud non constat, nisi quòd Catholicè vixerit, maxime  
per frequentationem Sacmentorum post peccatum admissum: immò ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](#)

## Sect. 9. De Caus. excus. ab integ. Confes. Concl. 6. 705

moribundum in duello vel fornicatione.

Sed contra: hoc est quod queritur, an Confessio venialis in genere possit in praxi exhiberi eo modo quo speculative censetur sufficiens? Et quod non possit, probatur: quia repugnat in primis praxi communis Ecclesie, cuius non habetur ratio in speculacione; sicuti haec forma Baptismi: Baptizatur servus Christi &c. speculative sufficit in Ecclesia Latina; non tamen practicè, id est, non licet eam uti; quia repugnat praxi communis Ecclesie Latinae. Similiter speculative sufficit Confessio scripta exhibita; non tamen practicè, id est, non licet eam uti extra necessitatem; quia obstat praxis Ecclesie. Ergo similiter etiam Confessio venialis in genere speculative censetur sufficiens (ut docet Suarez supradictus) non ideo tamen debet practicè talis conferi, id est, non ideo licet eam uti, proper contraria proxim.

Deinde, quia secundum multos DD. inter quos Suarez in 3. p. disp. 16. sect. 2. & alibi oportet in Sacramentorum omnium administratione sententiam tuitorem eligere, nisi aliquid obstat. Omnium (inquam) Sacramentorum: nam aequalis irreverentia est, invalidè ministrare. Sacramentum liberum, atque necessarium. Unde si propter periculum irreverentia sit culpa mortalis, non adhibere materiam omnino certam in Sacramentis necessariis, dico, aequaliter esse culpam ex hac parte, non adhibere materiam omnino certam in Sacramentis liberis, quamvis ex alia parte possit esse disparitas, putat ex parte virtutis charitatis aut iustitiae.

761. Et ipso Opere  
eam esse intro-  
ductio  
capite non est. Quod  
video cur non  
sum. In Sacra-  
mentis de necessi-  
tate venialibus in  
primo adhibere  
obligatur quis  
nam ad hoc, ut  
est, quod ad  
hoc autem est  
cautio.

Si hoc specula-  
tive erit verum,  
aliud dicuntur ali-  
ud, sed non pra-  
culatione confi-  
tum in praxi, quin  
endo vero om-  
nius ad proximam  
culationem, si pe-  
que que verum  
Confessio ve-  
hiberi eo mo-  
rificans, erit  
Hac illa.

Sed

118. Secundum  
notio  
de nullum  
debet fig-  
nre Con-  
fessionis  
poteris  
pro Catho-  
licis

119. Opponit  
etiam ante peccatum admissionem &c. quam, ad-  
misit primâ partem, negat de Schildere in Sy-  
ris Conclusio.  
populi de Sacramentis § 59. Ibi: Primo, non  
scilicet vita Christianæ acta ante peccatum ad-  
missum, qualis est moribundi in duello vel  
fornicatione.

Ratio est: quod solum commissum pecca-  
tum sit Confessionis materia, non commi-  
tendum: duellista enim invalidè confiteretur,  
licet fateretur etiam explicitè, duellum à se  
committendum, adderetur post vulnus accep-  
tum, se Contractionem elicitorum.

Nec refert, quod peccatori, si presumatur  
attritus, conferri possit Extrema Unctio, quam per vitam Christianam ante peccatum  
peractam se desiderare indicavit; nam Sacra-  
mentum Presentiationis ex parte suscipiens non  
solum desiderium Absolutionis præteritum  
& præsentem Contractionem requirit, sed etiam  
Confessionem materia sacramentalis, qualis  
sola est peccatum præteritum. Hucusque de  
Schildere.

Sed non est audiendus; nisi forte loquatur  
de tali duellista, qui nullum admisit peccatum Prima res  
ante vitam Christianam actam: nam si aliquid spacio,  
admisit, cur saltum istud in articulo mortis  
non censetur confiteri, veluti si non more-  
retur in duello? Proinde cur non possit absolviri,  
supposita verâ Contractione? Jam enim ma-  
teria Confessionis non erit peccatum commi-  
tendum, sed commissum: & aliunde impossibili-  
bilis est Confessio illius duelli: adeoque ex  
hac parte non peccat, omittendo illam Confes-  
sionem. Atque hoc sit prima responsio.

Respondeo II. Vita Christianæ acta non Secunda res  
habet rationem Confessionis, nisi in articulo mortis: ergo duellista moribundus non con-  
sideretur duellum committendum, sed commis-  
sum. Antecedens patet: quia non significat  
desiderium Absolutionis nisi pro articulo  
mortis, quando particularis Confessio cense-  
tur impossibilis; jam autem non habet ratio-  
nem Confessionis, nisi in quantum est signum  
voluntatis confitendi, ut patet ex dicendi  
pro prima parte Conclusionis: ergo vita Chri-  
stianæ acta non est Confessio, nisi in articulo  
mortis de peccatis antea commissis.

Respondeo III. Licet nullus possit confi-  
teri peccatum antequam sit commissum, ut Tertia res  
pro tunc absolvatur; quidni tamen possit con-  
fiteri peccatum futurum, ut pro tempore fu-  
turo absolvatur?

Quia (inquis) non datur in Ecclesia ali-  
quod remedium, institutum pro delendis pec-  
catis futuris. Respondeo: probabiliter tale  
remedium est Baptismus; quia teste Palu-

Yuuu dano

dano 4. dist. 4. q. 5. n. 24. & Suario in 3. part. disp. 28. sect. 5. post 2. conclus.) probabilis est sententia, quae docet, sufficere solam Attritionem ad tollendum obicem positivum, id est, ut Baptismus revivescat ad remissionem peccati, quod in ipsa reviviseptione, vel post suscepctionem Baptismi commissum fuit.

122. Quid ergo miramur, si Confessio, quæ non  
est Sacramentum, sed tantum aliquid præ-  
quisitum, in sententia Scotti, ad Sacramentum  
Penitentia, quod essentialiter consistit in  
sola Absolutione, si (inquam) Confessio,

**I 2 . 2 .** Quid ergo miramur, si Confessio, quæ non  
est Sacramentum, sed tantum aliquid præ-  
quisitum, in tentatione Scotti, ad Sacramentum  
Penitentie, quod essentialem constitit in  
fola Absolutione, si (inquam) Confessio,  
apud Scottitas, posuit subfervire peccatis fu-  
turis tollendis? Nonne si baptizandas pecca-  
ret mortaliter post applicationem materiae, &  
ante prolationem forme attereretur, accipe-  
ret remissionem illius peccati per Baptismum  
subsequentem?

**Objecio di-  
luitur.** Sistofera: ergo etiam sufficiet Contritio, quæ fuit ante duellum. Respondeo N. C.: quia Contritio destruit per peccatum subsequens; secundus Confessio. Quid si enim peccato postquam declaravi aliqua peccata, est debet beam eliceret novum dolorem; putas quia etiam teneor peccata jam expressa iterant confiteri? Noli putare: nam (ut fuisse declaravimus fact. 4. concl. 4.) dolor sacramentalis non necessariò praecedit tempore Confessio-nem.

**123.** Dices cum Atriaga disp. 36. nu. 38. Confessio valida debet esse saltem implicite de omnibus peccatis. Deinde dolor, qui per eam Confessionem declaratur, debet etiam se extendere ad omnia peccata: ergo ea prior accusatio, quia jam revocata per subsequens peccatum, non sufficit ad dandam validè nunc Absolutionem.

**Responso.** Respondeo velut ad valorem Confessionis, juxta probabilem sententiam, quam sequitur prefatus Auctor disp. 37. n. 5. non est necessarium, quod dolor praecedit Confessionem, id est, quod Confessio sit dolorosa eo tempore, quo fit; sed factis est, si existat dolor ante Absolutionem; id est, quod Confessio sit dolorosa ante Absolutionem: ita quoque ad valorem Confessionis sufficit, quod sit, falso implicite, de omnibus peccatis ante Absolutionem: & quod dolor, qui per eas Confessionem declaratur, id est, dolor qui nunc est, vel erit tempore Absolutionis, extendat se ad omnia peccata.

Jam autem in causa proposito prior accusatio est, faltem implicitè, de omnibus peccatis ante Absolutionem: quia à Confessione duelli excusat pœnitens propter impossibilitatem, ut suppono; & similiter dolor, qui per eam Confessionem declaratur, putat dolor, qui est tempore Absolutionis, extendit se ad omnia peccata: nam ante Absolutionem moribundus dolet de duello; cur ergo non valeat Absolucionis?

Igitur de hac parte Conclusionis vix est dubitandum, supposita veritate prioris partis, quam Aliqui existimant improbabilem; qui iniqui Arrigia disp. 36. no. 30. illius Autatores non adducunt solutionem probabilem ad loca Conciliorum, quibus clarè nostra (id est, contraria sententia) probatur. Hac ille.

Sed (amabò) quæ sunt illa Concilia, & quæ ista loca, quam tam clare probant contra Trid. & Ant. & reli-  
ciam sententiam? Concilium (inquis) Tri-  
dentinum sess. 14. c. 3. ibi: *Sunt autem quaf-  
materia huic Sacramenti, iussus penitentis alius,  
tempore Contritio, Confessio & Satisfactione.* Præterea  
Arausic. I. c. 11. alia 3. Carthaginense III.  
c. 34. & Carthaginense IV. cap. 63. alia 76.  
in quibus hæc habentur: *Subito obmnesque  
baptizari, aut Penitentiam accipere posse, si vo-  
luntatis preterita testimonium, aliorum verbi habet.*  
Quo eodem modo loquitur Rituale Ro-  
manum auctoritate Pii V. editum, non dans li-  
centiam abollendi, nisi sub ea conditione.  
Ita Arriaga suprà.

Et prosequitur dicens: Circa Araucanum locum, & consequenter circa Ritule Rom, vix non nugatur hic Auctor (intelligit Caramelem Theol. Fundam. i. edition. n. 1320) sicutque consequentiam à nobis ex hoc loco collatam tam esse lepidam, ac si quis diceret: *Homo est animal*; ergo *equus non est animal*. Inde addit: Nisi corrumparamus textum addendo particularum, tamum, nihil nos effecturos. Ego tamen cum majori veneratione accipio licentias datas à meis Superioribus, maximè utram ab Spiritu S. Nam si Pater Rector mihi dicat: *Si absolvisti id, quod tibi commandavi, potes in fratratum*; non nugabor, nec dicam: *Quod dat licentiam, si hoc feci, non negat, si non feci; sciat qui dicit hominem esse animal, non negat equum esse animal*: hoc enim modo interpretari dicta Conciliorum, et plane ea reddere ridicula.

Ratio a priori est manifesta: quia quando illa conditio additur, ponitur ut requisita; ut cum dicunt: Potesi celebrare, si si Sacrorum potest habere, si non sibi irregulares. Denique in omnibus omnino materialiis hujusmodi conditiones appositae, ponuntur ut necessaria, non ut otiosas & inutiles. Hucque Arriaga.  
Sed interrogo unum verbum: Si Concl. Trident. sic loqueretur: Circumstantia in Confessione explicanda sunt, si speciem peccati mutant; recte inferem: Ergo contradic Tridentino, qui assertur, circumstantias tantum aggravantes esse confitendas? Minime (inquis) alioquin de facto plurima pars DD. contradicere Trident. dicentes se: 14. c. 5. Colligunt præterea etiam eas circumstantias in Confessione explicandas esse, qua speciem mutant; nam idem est dicere: Eas circumstantias, qua speciem mutant, ac: Circumstantias, si speciem mutant.

Quid ergo respondent illi DD. qui sentent,

eriam circumstantias solum aggravantes esse  
confitendas? Conc. (iniquum) statuit, quod  
certum est, praescindens ab dubio; sive (prout  
doluit) Arriaga disp. 32. no. 8. Concilium  
in unis definit obligationem, in aliis pre-  
scidit. Cur ergo similiter non potest dici,  
Araucanum definitivis in unis, id est, in illis  
moribus, qui voluntatis praeterita testi-  
monium aliorum verbis habent, Absolutio-  
nem, & in aliis praescidisse? Statuisse quod  
certum est, praescindens ab illo, quod du-  
bium erat?

*Nec feceris vim in illa conditionali particula: Si; nam illa non uititur Conc. Carthagin. IV. sed ait: *Den testimonium, qui eum au-  
xilius, et accipias paenitentiam.* Ergo hujus-  
modi conditio apposita, ponitur ut otiola &  
auxiliis; negatur. Consequens: quia pon-  
itur, ut significet illud, quod certum est,  
paenitenti non necessarium.*

Profeco*d* si P. Guardianus mihi dicit: *S*i  
absolvisti id, quod tibi commendavi, potes ne spatiam  
non nubagor, si dicam: *Z*qui dat licen-  
tiam, si hoc feci, non negat, si non feci. Unde si  
prius absolutam dedissem licentiam, existimo  
me posse ne spatium, et uol non absolvissim  
id, quod mihi commendaverat.

Ad quid ergo valent ista verba: *Si absolu-*  
*pti&c.*? Respondeas: *Ei vi iustis licentia-*  
*non possum ire spatiatum ante absolutionem*  
*operis commendati.* Ergo similiter illa verba  
*Araucani: Si voluntatis præterita &c.* quam-  
vis non restringant Absolutionem moribundi  
ad illam conditionem tamquam omnino ne-  
cessariam, tamen significant existente illâ con-  
ditione certè posse moribundum absolvî, &  
ex vi iusti Constitutionis non posse ab-  
solvi, nisi illa conditio ponatur.

Quando autem dicitur: *Potest celebrare si sit sacerdos; potest licite, si non sit irregularis;* aliunde supponitur Sacerdotium necessarium ad celebrandum, & negationem irregularitatis ad licitem celebrandum: alioquin praesicè ex illis verbis hoc non colligitur: patet; quia irregularis aliquando potest licitem celebrare.

Denique ut conditio expressa in Concil. Araucanico foret necessaria, eisdem non ad omnem Absolutionem, sed tantum ad Absolutionem absolutam, de qua ibi agitur; iam autem nostra Conclusio loquitur de Absolutione conditionata ergo ex Concil. Araucanico minime arguitur improbabilitas nostrae doctrinae; ut omittam; vitam Christianam actam per frequentationem Sacramentorum; si non omnino certum, saltem probable, vel (si mavis) dubium testimonium esse voluntatis praterite, ut infra latius expendemus.

Igitur nullum hic periculum hæresis, ut per-  
petram existimat Bonæ Spei disp. 8. n. 28. ibi  
Quæ ( auctoritates superioriis allegatae ) licet ca-  
sum illum ( moribundi , qui nullum aliud de-

dit signum Pœnitentia, quām vitam Christianam ) expreſſe non excludant; dum tamē talem implicitam ſaltem Confessionem requirant; fatis ſignificant aliam non sufficere; alioquin ſimiliter; quia ſic formam & materiam Sacramentorum determinatam requirunt; ut aliam expreſſe non excludant; alia posset ad placitum ut ſufficiens in omnibus adhiberi; quod est omnino hæreticum. Unde dum Samuel respondet, ibi Confessionem, in bona vita moribundi preciè contentam, non excludit expreſſe, & id neceſſarium eſſe, per legitimam Sequelam hærefis periculo ſe exponit. Hæc ille.

Prorsus hereticum est; unumquemque pro placito suo posse adhibere materiam & formam ut sufficientem in omnibus Sacramentis. Sed numquid; quia Conc. Trident. determinat pro materia Sacramenti Penitentie Confessionem, eamque doceat debere esse omnium peccatorum, quæ memoria occurruunt in specie & signatim; ideo hereticus est; posse adhiberi in aliquo casu Confessionem tantum unius peccati? Non credo; nisi Bona Spei velit esse hereticus. Et cur hoc? Quia licet Concilium pro materia determinet Confessionem, eamque doceat debere esse omnium peccatorum, tamen non excludit Confessionem unius tantum peccati; quando explicatio aliorum est physice vel moraliter impossibilis.

Itaque (ut respondeamus ad Conc. Trid.) fatentur Omnes; Confessionem esse quasi materialium hujus Sacramenti; nec Confessionem tantum, sed etiam Contritionem & Satisfactionem. Sed numquid inde recte concluditur: ergo Confessio est materia essentialis, sicuti aqua est materia essentialis Baptismi? Claram est quod non: alioquin & Satisfactione esset materia essentialis, quod constat esse falsum. Unde nemini dubium esse potest, quia Concilium loco citato sess. 14. c. 3. obscurius fuerit locutum de materia aut quasi materia Confessionis, cum nullo verbo explicet maiorem necessitatem Confessionis, quam Satisfactionis, adeoque non existimarem hereticum, qui attentis praecise istis verbis: *Sunt autem quasi materia huius Sacramenti ipsius partitensis actus, nempe Contritus, Confessio, & Satisfactionis;* negaret Confessionem esse partem essentialiem, nisi etiam foret hereticus, qui negaret Satisfactionem esse partem essentialiem. Ergo male argumentandum Bonae-Speci supra à materia aliorum Sacramentorum, ad materiam hujus Sacramenti.

Et nimis manifestum est, formam hujus Sacramenti magis sive ibi determinatam à Concilio Tridentino, quam materiam, quam temporis & de verbis forme disputetur, an omnia sint essentia, que à Concilio exprimitur, ut patet ex dictis suo loco. Quid ergo mirum, si etiam disputetur de materia? Nonne contro-

*existimat  
Bonæ Speci.*

128.

129.  
Fórmā ma-  
gīs fuit de-  
terminata à  
Conc. Tri-  
dent. quām  
materia hu-  
jus Sacrae

**V R A U S** **Y E R C I E H R**



vertitur, an requiratur ad essentiam Sacra-  
menti Contrito supernaturalis, an Contrito  
universalis, an Contrito perfecta?

Vega.

Immò Vega lib. 13. de Justificatione c. 15.  
sic ait: Neque negari potest, quin possit Sa-  
cramentum hoc aliquando inveniri sine Satis-  
factione; immò & sine cessatione à peccatis,  
& sine Contritione, etiam largè accipiendo  
Coartitionem, pro quocumque dolore de pec-  
catis. Quis propterē censet ipsum hereticum?  
Si autem tam obcurè loquitur Tridentinum  
de Contritione; cur reprehensione dignus est,  
qui dicit, Concilium obscurè loquutum fuisse  
de Confessione?

Scio, Concilium exp̄r̄e distinxisse inter  
Contritionem perfectam & imperfectam: sed  
quid tum? Numquid etiam exp̄r̄e distinxisse  
inter Confessionem universalem omnium  
peccatorum, quæ memoriae occurunt, & par-  
ticularē unius tantum ex pluribus, quæ  
memoriae occurunt? Et tamen nos facimus  
illam distinctionem & docemus, particularē  
Confessionem sufficere; neque consequenter  
dicere debemus, sufficere formam particula-  
rem, id est, non integrum, putā, Ego te. Ergo  
tamēsi dicamus, sufficere Confessionem im-  
perfectam, putā vitam Christianā actam per  
frequentationem Sacramentorum; non ideo  
(quidquid clamet Bonā-Speci suprā) con-  
sequenter dicere debemus, sufficere Absolu-  
tionem imperfectam in verbis Confessarii, sen-  
tibus destituti, v. g. Deus sit tecum, nullo signo  
Absolutionem post Confessionem designantis.

130.

Objetio.

Dices: verba Conciliorum eodem modo,  
quo verba Scripturae, proprie fuit intelligen-  
da, nisi aliquid obliteret; atqui hic nihil oblitat;  
ergo Confessio propriè est intelligenda, &  
accipiendo pro externa accusatione, seu mani-  
festatione peccatorum, saltē in generali.

Solvit.

Respondeo: Constat ex Concilio Arau-  
cano & Carthag. suprā allegatis, item ex Ri-  
tuali Romano, Confessionem nec posse, nec  
debet omnino propriè & strictè intelligi: nam  
sic intellecta significat Confessionem pecca-  
torum in specie & sigillatim, ut pater ex Tri-  
dentino fess. 14. c. 5. ibi: Confiat, Sacerdotes  
iudicium hoc, incognitā causā, exercere non pos-  
sile, neg, aquitatem quidem illos in paenit. iniungens  
dis servare potuisse, si in genere dumtaxat, & non pos-  
sunt in specie ac sigillatim, sua ipsi peccata declaras-  
sent.

Confessio  
latè accipi-  
tur pro quo  
libet exter-  
no desider-  
io Confes-  
soris.

Cū ergo liceat ab illa significacione rece-  
dere, ne contingat peccatorem sibi fraudari  
Sacramento tam utili & necessario ad salutem;  
cur non liceat ob eandem rationem vitam  
Christianā actam cum frequentatione Sacra-  
mentorum, aut aliis signis conversionis ad  
Deum, v. g. attentā auditione Sacri, ex-  
amine conscientiæ, oratione devoutâ &c. appelle-  
lare Confessionem, latius accipiendo illam vo-  
cem, pro qualibet externo desiderio Absolu-  
tionis?

Porrò vitam sic Christianā actam esse exter-  
num desiderium Absolutionis, probatur: qui Te <sup>131</sup>  
per ita signa, sicut quilibet indicat se velle <sup>in Cœli</sup> in Chaffa  
Christianæ vivere; ita etiam verisimiliter se alii  
cupere, vitam Christianā morte concludere;  
adēoque desiderare in fine vita Absolutio-  
nem à peccatis tum perac̄tis, quam peccate-  
re tenet, & justi accipere solent. Hoc ipso au-  
tem, quo desiderium Absolutionis confitue-  
significat, indicat verisimiliter, se vel de facto  
Contritionem eliceret; vel certè, quando erit  
in mortis periculis elicitorum. Prinde subiud  
obmutescens, voluntatis præterita testimo-  
nium habet aliorum verbis, qui testantur Con-  
fessario, ipsum Christianæ hoc modo vivisse.  
Quidni ergo possit absolvī?

Hæc videtur fuisse opinio D. Augustini <sup>Videt</sup>  
lib. 1. de Adult. Conjug. c. ultim. ubi sic ait: <sup>scilicet</sup>  
Ego non solum alioz Catechumenos ( qui justè vi-  
vant ) verum etiam ipsos qui viventia coniugis  
copulati retinē adutēma consortia, cum sibi  
corpo in his permanentes non admittantur ad Bapti-  
tū, tamen si deperat & intrā se penitentes  
iacerunt, nec pro se responderē potuerint, bap-  
tizandos puto, ut etiam hoc peccatum cum omni  
lavacro regenerationis abluator. Quis enim non,  
utrum fortissima carnis illecebra agit, si  
Baptismū statuerat detinēri? ..... Quia autem  
Baptismatis eadem Reconciliationis est causa si fidei  
penitentem finienda vita periculum preoccupavit,  
Nec ipsos enim ex hac vita sind arrha sue pacis ex-  
ire velle debet Mater Ecclesia. Loquitur S. Doctor  
de Catechumenis adulteris, qui pro se non  
posunt responderē, per consequens non  
posunt ostendere signa Pénitentie, quam  
vis intrā se penitentes pascant.

Ex quo refellit responsum Bonz. Spei di-  
sput. 8. n. 46. ibi: Subly si intrā se penitentia  
res iaceverint, audiū debet, quod nos, & qua-  
sum colligimus ex signis, à responso verbali de  
sufficiēti dispositione distincti: nam ve-  
lla illa ad baptizantes diriguntur, quasi tam il-  
los baptizare debeat, si videant illos esse in-  
trā se penitentes, alioquin minimè. Unde  
Augustinus a nobis stat, & juxta communem  
Ecclesiæ fonsum ( à quo ipsum alienant Ad-  
versarii ) loquitur. Hæc ille.

Sed quis illi revelavit S. August. per hac  
verba: Nec pro se responderē potuerint; intel-  
lexisse responsum verbale? An forte ultiū do-  
cet hic S. Pater Catechumenum mutum non  
posse pro le respondere? Igitur manifestissime  
hæc responsum aduersatur D. Augustino, &  
nemo videtur posse ignorare, qui Augustinum  
legit eā attentione & intentione, quā patet le-  
gere sanctissimum juxta ac doctissimum Presulē.

Quod non gratis dicere videar, attendite & <sup>132</sup>  
intendite his, que ibidem scribit c. 26. Cate-  
chumenus ergo in huī vita ultimo constitutus, & non fidei  
morbo seu casu aliquo sic oppressus sit, ut quantum docuit  
ad huc vivant, petere sibi tamen Baptismū; vel ad re-  
interv.

am esse exte:  
robatur: quia fide  
dicat se velle omissio  
eris imitari se a causa  
concludere;  
e Absolutio  
nam peccatorum  
Hoc ipso au  
tioris confite  
se vel de facto  
et, quando erit  
roinde subi  
rit testimoni  
restaurantur. Con  
modo vixisse.

D. Augustini

no, ubi sic ait, electio

qui justè vi  
nitum conquis  
ta, cum sibi  
transitus ad Bapt  
is, se penitentia  
tuens, bapti  
cum cum ceteris  
us enim non  
cebrabat nisi  
... Quia autem  
est causa si fide  
praeoccupans,  
haec pacis ex  
sunt. Dicit  
ai pro se non  
sequens non  
entia; quam

Bonae-Spei di  
tria se penitentia  
nos, & quan  
tus verbalis

ctis: nam ver  
quasi tum illi  
ent illos esse in  
minimè. Unde

communem

alienant Ad

August. per hæc  
erint; intelle  
re uspiam do  
mum non  
mani festissime  
Augustino, ut  
i Augustinum  
quā par est le  
mū Pugilem,  
attendit &  
c. 26. Cate  
no constitutis,  
et, ut quantum  
ipsum, relati  
vicio  
interven

interrogata respondere non possint, propter eis quorum  
in Fide Christiana iam nota voluntas est, ut eo modo  
baptizentur, quomodo baptizantur infantes, quo  
rum voluntas nulla adhuc patuit.  
134.

Quid tibi viderur Bonae-Spei? Num Augustinus hic per responsum ad interrogata, intelligit responsum verbale? An forte is, qui responderet scripto aut nutu, eo modo baptizatur, quo modo baptizantur infantes, quorum voluntas nulla adhuc patuit? Putas, quia scripto aut nutu sine verbis non patet voluntas hominis? Scio quia non putas; quippe homo rationalis es.

Sed audi, quod sequitur: Non eam propter dampnare debemus eos, qui timidius agunt, quam nobis videatur agi aportere, ne de pecunia conservo creditur, improbus, quam cautius indicare voluisse iudicemur. Satis quippe in talibus reficiendam est illud Apotholi, ubi dicit: Unusquisque nostrum pro ratione reddet Deo: Non ergo amplius invicem iudicemus. Sunt enim, qui vel in his, vel etiam in aliis observandum patunt, quod dixisse Dominum legimus: Noli te laetum dare canibus, neque projectoris margaritas vestras ante porcos. Et ista Salvatoris verba referentes (alias reverentes) baptizare non audent eos, quia pro se respondere negaverint, ne forte contrarium gerant voluntatis arbitrium. Quod de parvulis dicit non potest, in quibus adhuc ratione nullus est usus.

Numquid maius periculum est dandi Sacramentum canibus, quando ille baptizatur, qui pro se nequit respondere verbis, respondeat autem scripto vel nutu, quam si baptizetur ille, qui responderet verbis? An forte verbis non tam bene posset mentiri, quam scripto vel nutu? Quid dicit Concil. Araus, supra? Si (inquit) voluntatis præterita testimonium aliorum habet, aut presentis in suo nutu. Ubique manifestè æquiparat testimonium voluntatis presentis in nutu infirmi, cum testimonio voluntatis præterite aliorum verbis.

Profectur Augustinus: Sed non solum  
incredibile est, nec in fin vita huius baptizare Catechumenum velle; verum etiam si voluntas eius incerta est, multo satius est volenti dare, quam volenti negare; ubi velit, an nolit, sic non apparet, ut tamen credibilis sit eum si posset, velle se potius fuisse dictarum (verbis aut aliis signis æquipollentibus) ea Sacramenta percipere, sine quibus tam credidit non se aportere de corpore exire. Et quomodo voluntas ejus potest esse incerta, si ex aliis signis, à responseone verbali distinctis, videamus eum velle Baptismum? Si, ut Catechumenos adulteros possum baptizare, & debeam videre ex aliis signis, illos esse intrâ se penitentes (ut vult Bonae-Spei) quomodo recte dicit Augustinus: *Quis novit, utrum forfatis adulterina canis illecebrâ usque ad Baptismum statuerant detineri?* Numquid qui videt, non novit? Itaque Augustinus pro nobis stat, non tantum similes, sed eadem prorsus Reconciliationis

V u u 3

135.

nitentem publicum, cum loquatur Augustinus

de Catechumeno seu baptizando, vivente in

continuo ac publico adulterio; & per conse

quentes de baptizato similiiter vivente in con

tinuo ac publico adulterio. Egregie profecto

penitentia publica, & dispositio seu pretensis

ad Absolutionem sacramentalem. Quis cre

dat, olim publicum adulterum, recinetem

adulterina consortia, penitentias Canonum

exercitare, vel in numero penitentium ad

missum fuisse?

Ego firmiter mihi persuadeo, verba Au

gustini sic omnino esse intelligenda: *Quia au*

*tem Baptismatis Catechumeni adulteri, non*

*tantum similes, sed eadem prorsus Reconciliationis*

*est causa, si adulterum baptizatum forte intrat se penitentem, finienda vita periculum praecoccupavit; adeo (in qua) praecoccupaverit, ut non possit pro se respondere, id est, verbis aut aliis signis Absolutionem petere; tunc proficit ei, cuius in vita Christiane acta nota voluntatis est, ut ex modo absolvatur, quo Catechumenus (cuius in Fide Christiana jam nota voluntatis est) baptizatur.*

Araufic. & Carthaginens. Enim verò Arauficanum & Carthaginem III. parifomiter requirunt testimonium voluntatis præteritæ vel praesentis ad Baptismum & Pénitentiam. Verba Arauficani habentes suprà; verba Carthaginensis sunt: *Vt agrotantes, si pro te responderemus nos possemus, cum voluntatis eorum testimonium sui dixerimus, baptizemus.* Similiter & de penitentibus agendum. Si ergo, secundum D. Augustinum, in Fide Christiana sufficienter nota est voluntas Catechumeni, ut baptizetur; quidni etiam in vita Christianæ acta sufficienter sit nota voluntas baptizari, ut absolvatur?

Profecto ut accipias Extremam-Untio[n]em, sat[us] nota confestat, ut pater ex Rituali Romano Tir. de Sacramento Extremea-Untio[n]is, ibi: *Infirmis autem, qui dum sanâ mente & integris sensibus effont, illud petentur, seu veri similiter petiuntur, seu dederint signo Contritionis, etiam si deinde loquela amiserint, vel amentes effecti sint, vel delirent aut non sentiant, nihilominus praebatur.*

Consonat Pastorale Mechliniense anti-  
quum, eodem titulo §. 5. Licet Sacramentum  
Extrema Unctionis regulariter post Penitentiam &  
Eucharistiam ministrari debeat; et tamen, qui ob-  
insaniam, furorem vel alium morbum, bat Sacra-  
menta recipere non posset, conferenda est Extrema-  
Unctio, sine previa Confessione, vel Eucharistia  
suppositione; quatinus antequam insanus aut loque-  
lam amitteret, non petuerit, si tamen erat bona vita:  
quia non presumitur immensus sua salutis in morte,  
plusquam in vita. Unde presumitur, quod petat; vel  
quod petiverisset, si advertisset; & quod petere voluit,  
sed non posuit. Ergo bona vita est pii animi  
significatio, & petitio Extrema Unctionis;  
nam sive tali significacione & petitione docet  
Catechismus Romanus p. 2. c. 6. q. 9. in fin.  
non esse Sacramentum ministrandum, ibi:  
*Omnes preterea, qui rationis uia carent, ad hoc Sa-  
cramentum suscipiendum apud nos sunt . . . . Amentes  
item & furiosi, nisi interdum rationis usum babe-  
rent, & eo potissimum tempore pii animi significa-  
tionem darent, peterentq; ut sacro Olio ungeren-  
tur.*

**137.** Respondent communiter Adversarii: Ad Extremam-unctionem, ut etiam ad Eucharistiam, sufficit petitio seu voluntas interpretativa aut generalis, quam quilibet Christianus habet, dum proficitur Religionem Christianam, suscipiendo remedia, quae sunt instituta pro omnibus Christianis in illa arti-

culo necessitatibus. At vero Sacramentum Pa-  
nitentia, cum ex sua institutione sit iudicium;  
minister non potest illud conferre, nisi ut  
iudex. Iudex autem non potest procedere, nisi  
accusator praecedat, qui vel in specie acusat  
de delicto in particulari, vel certe impletet  
eius officium; alioquin preferretur sententia  
finis illo processu. Debet autem illa implora-  
tio esse post peccatum commissum; ridiculum  
enim est, quod hodie vellet se aliquis accu-  
fare de peccato cras committendo; ut cras ab  
eo absolvatur in virtute hujus accusationis.

Cum ergo hoc Sacramentum sit iudicium exterritum seu sensibile, debet includere sententiam sensibilem, & accusationem seu implorationem officii judicis exterritum sensibilem, & qua reddat sensibilem dolorem internum de peccatis: quare debet esse accusatio sensibilis post commissum peccatum. In Lugo disp. 17. n. 39.

Sed contrà : móribundis in casu quæsi-  
nis per vitam Christianæ actam, quæ inducit  
senibilitatem, sensibiliter implorat officium  
judicis post peccatum commissum ( id est, pro  
articulo mortis ) ut absolvat, sicut per eandem  
senibilitatem implorat officium Pastoris, ut  
pascat Viatico; & officium Duci, ut ungat  
Oles sancto; sicut per Fidem Christianam Ca-  
rachemus sensibiliter implorat officium Pa-  
tris, ut regeneret per aquam. Cur ergo non  
possit Iudex ipsum absolvere, sicut Pastor po-  
test pascere? Dux potest inungere; & Pater  
generare?

Quia (réponit Bonæ Spei suprà n. 47.)  
Rituale Romanum & Concilia supponunt;  
danda esse hujus petitionis, doloris &c. signa  
externa : loquuntur enim de similibus mo-  
ribundis (ut loca citata legenti patebit)  
non de sanis in peccato obstatinis, ut male  
vult P. Herinæ ibidem n. 82. nec de fala  
Absolutione absoluta, quasi intactam relin-  
quant, an Absolutione conditionata abolvi  
possint, ut docet ibidem : nam idem præci-  
si inter conditionatam & absolutam non di-  
stinguit, quia supponunt ad utramvis Ablo-  
tionem requiri, petitionem Absolutionis,  
doloris &c. esse prudenter præsumptum, &  
hanc ad utramvis sufficere : illa autem non est  
talis in vita Christiana præcisæ, ut huculque  
probavimus.

Si autem quæras, cur potius ad hanc, quam  
ad Extremam Unctionem signa distincta à  
vita Christiana requirantur? Respondeo  
ideo esse; quia cùm Sacramentum Peccati-  
tiz pro materia essentiali plures actus penit-  
tentis requirat, & maxime ipsam Confessio-  
nem, saltem in voto, & variis valde difficil-  
lem; non est ita facile præsumendum peti;  
ac ipsam Extremam Unctionem, que ex  
parte peccitantis solam dispositionem petit  
valde faciliem. Unde ex una parte non est  
pericu-

Sect. 9. De Caus. excus. ab integr. Confess. Concl. 6. 71

periculum, ne hoc Sacramentum fiat essentia-  
liter mancum, uti ne illud; & ex altera potior  
est ratio, ad illud petendi signa externa, præter  
vitam Christianam, quād ad hoc. Unde cor-  
ruit totum fundamentum P. Herincx ab Au-  
gustino & ratione. Hucusque Bonæ-Spei, fal-  
sò sibi persuadens destructionem totius fun-  
damenti P. Herincx.

Nam in primis, auctoritas D. Augustini  
(nisi Bonæ-Spei alios arietes adserat ad eam  
convellendam) stat & in aeternum stabit pro  
P. Herincx, & pro nobis, ut patet ex suprà  
dictis. Quantidem ad rationem, & hæc ipsa  
immobilis permanet, & jugiter permanebit,  
nisi aliis rationibus oppugnetur, quād ha-  
bitus à Bonæ-Spei fuit oppugnata.

Hæc ab uno, Confessionem valde diffici-  
lem esse, maximè illis, qui licet Christiani sint,  
Christiani tamen non vivunt; & quamvis  
eriam iis, qui Christiani vivunt, difficilior sit,  
quād Eucharistia vel Extrema-Unctio; equi-  
dem magis necessaria est ad salutem, & ideo  
ita facile presumendum peti, ac ipsam Extre-  
ma-Unctionem. Unde ex hac parte non  
est periculum, ne hoc Sacramentum fiat man-  
cum; neque est potior ratio, ad illud petendi  
signa externa, præter vitam Christianam, quād  
ad hoc.

Quid ergo ad Rituale Romanum, & Con-  
cilia? Respondeo: Jam vidimus Concilia  
idem per omnia testimonium requirere ad Ba-  
ptismum & Peccnitentiam; sed ad Baptismum  
sufficit testimonium Fidei Christianæ: ergo ad  
Peccnitentiam sufficit testimonium vita Christia-  
na. Si enim qui institutus in Fide Christia-  
na, in ordine ad suscipiendum ritus Baptismi,  
hoc ipso censetur implicitè velle suo  
tempore Baptismum suscipere; pari certè ratione,  
qui jam baptizatus est, & Christianus  
effectus, vivente conformiter suo statui, cen-  
setur hoc ipso implicitè velle congruo tempore  
suscipere Sacramenta, maximè necessaria ad  
salutem: ergo Peccnitentiam in articulo mor-  
tis. Vide quæ ad idem propositum diximus  
1. febr. 8. concl. 2.

Venio ad Rituale Romanum, quod Bonæ-  
Spei videtur infelix, sed non perspexisse.  
Rituale Romanum loquitur cum de sanis ob-  
stinatis, tum etiam de infirmis seu moribun-  
dis non obstinatis, sed diversimodo, ut festinè  
cognoscas ex ipsis verbis Ritualis, quæ mox  
subscrivo. Et primo quidem tractat de sanis  
obstinatis, dicens: Videat autem diligenter Sa-  
cerdos, quando & quibus conferenda, vel neganda,  
vel differenda sit Absolutione, nisi absolvat eos, qui talis  
beneficii sunt incapaces; quales sunt, qui nulla dant  
signa doloris, qui edia & inimicitias deponere aut  
aliena (si possint) restituere, aut proximam pec-  
candi occasionem deere, aut alio modo peccata  
derelinquere, & pitam in melius emendare nolunt,  
aut qui publicum scandalum dederunt, nisi publice

satisfaciant, & scandalum tollant: neque etiam eos  
ab solvatis, quorum peccata sunt superioribus re-  
servata.

Adueris dubitas, an Rituale ibi loquatur de  
sanis & obstinatis, qui possunt dare expressa  
signa, si velint? Noli dubitare, si non vis  
errare. Et de his verbis loquitur P. Herincx,  
quod Bonæ-Spei non potuisse ignorare, si vo-  
lueris aperire oculos & cercnere, quæ aperta sunt.

Si vero (profequitur Rituale) quis confiteatur  
in periculo mortis constitutus, absolvendus est ab  
omnibus peccatis & Cenfuriis quantumvis reservatis  
(cessat enim tunc omnis reservatio) sed prius si pos-  
tefi, cui debet satisfaciat: ac, si periculum evaserit,  
& aliqua ratione Superiori, a quo alias effei absol-  
vendus, se sistere tenetur; cum primum poterit,  
coram eo se sistat, quidquid debet praesistens. Quod  
si inter confitentes, vel etiam antequam incipiat  
confiteri, vox & lequa eorum deficit, mutiuus &  
signis conetur, quoad eius fieri potest, peccata pa-  
nitentis cognoscere; quibus utcumque vel in generis  
vel in specie cognitis, vel etiam si confitendi deside-  
rium, sive per se, sive per alios ostenderit, abso-  
vendus est.

Neque hæc verba ignoravit P. Herincx, sed  
sibi ipsi obiectis, dicens: Instabis; Requirit  
salmem, agens postea de infirmis, signum do-  
loris (utique distinctum à vita Christianæ  
acta) de quo testentur qui adstabant: quod  
& requirunt alii auctoritates. Et Respon-  
det I. negand. Assumptum: nam solum di-  
cunt, tunc dandam Absolutionem, & quidem  
absolutè; non negant, quod possit dari, saltem  
sub conditione, in calu nostro: exprimunt  
enim tantum id, quod est certum. Sicut Rit.  
Rom. tit. de Sacramento Peccnitentie, tradens,  
in periculo mortis quemlibet Sacerdotem  
posse à quibuscumque Cenfuriis & peccatis ab-  
solvere, si approbatus desit Confessorius; tra-  
dit hoc, quod certum est, abstrahens ab eo,  
quod est controversum, an scilicet, etiam sine  
haec conditione, possit id quilibet Sacerdos.  
Hæc ille.

Et quidem existimo (quidquid Bonæ-Spei  
dicat) Rituale nil minus, quād de conditio-  
nate Absolutione agere, cum in toto Tit. de  
Sacramento Peccnitentie, ne semel quidem  
eius meminerit; non quod supponat eadem  
omnino requiri ad utramvis Absolutionem  
(quamquā & eadem requirantur, sed no-  
cādem certitudine) sed quia agit de illa Ab-  
solutione, quæ regulariter & per se tam sanis,  
quād infirmis ministrari debet, quæ indubitè  
est Absolutio absoluta, cum non soleant Sa-  
cramenta ministrari sub conditione, nisi quan-  
do occurrit aliqua dubitatio de legitima mate-  
ria, forma, ministro aut dispositione suscipien-  
tis, prout in præsenti casu occurrit dubitatio  
de legitima materia.

Quantum ad simile, quod suprà afferit  
P. Herincx, notandum, quod in toto illo  
Expenditur  
Tit.

affert He  
tinex.

Tit. de Sacram. Pœnitentie nihil habeatur ad propositum præter verba mox allegata: in his autem nulla sit particulatissimæ mentio Confessarii approbati, aut ejus absentia; nisi forte per Confessarium approbatum intelligas Superiorum, inter quos tamen non parva est differētia, ut suo loco patebit.

Deinde, etiò Superioris foret præsens, quando inferior absolvit à reservatis in periculo mortis; e quidem si periculum evaserit, & aliquæ ratione Superiori, à qua alia est ab solvendis; se fuisse teneatur; cum primùm potest coram eo se fuisse, non iteratò ab solvendis, sed, quidquid debet, præfuturus. Ergo ex his verbis non claram videtur colligi, Rituale intelligendum esse de Absolutione in absentia Superioris. Quidquid sit de hoc (de quo plura proprio loco) liquidò confat, Concilia sapissimè decernere ac definire, que certa sunt, præcindendo ab his, que sunt dubia; quod sufficit ad presentem questionem.

**145.** Atque ut Rituale Romanum faveret Adversarii nostri, illi opponimus Sacerdotale Romanum, quod in Tract. de Sacramento Pœnitentie c. 26. ex S. Antonino affert frequentia verba: *Talis infirmus, qui amisit loquaciam vel usum rationis, si bene vivebat ut bonus fidelis, & frequenter Confessionem & Communionem quanvis non petierit Sacramenta, quia ex infra-* *tato talia acciderunt: vel etiam si malus & obſer-* *natus diu perseverans in peccatis est, & diu non con-* *fessus; si petius Sacerdotem ut confiteretur, offendit* *se velle facere omnia, que debet; & interea factus* *est mutus, vel phreneticus, & periculum est in morte,* *debet præsupponit contritus, & faciente aliquo Con-* *fessionem generali pro eo, sicut sit in populo, Sa-* *cerdos faciat Absolucionem ab omni sententiâ &* *peccato. Deinde debet dari ei Eucharistia à proprio* *Sacerdote saeculari, quanvis non sit confessus, quia* *non potuit. Ita refert Lugo disp. 17 n. 36.*

**146.** Sed continuo adjungit: *In quibus (verbi-* *s) non sati confat, an sermo sit de Ab-* *solutione sacramentali, cùm dicat, præmit-* *tendam esse Confessionem generali ab alio;* *& postea subiungit esse communicandum,* *quanvis non sit confessus. Denique ibi etiam* *dicitur, in periculo quando non est Sacerdos,* *bonum esse confiteri laico, licet non sit ne-* *cessarium, quod jam communiter non con-* *fultur. Hæc ille; ut enervet anterioritatem* *hujus Sacerdotialis.*

Et ad eundem finem disp. 20. de Sacra-  
mento Eucharistie n. 82. sic ait: Solum affert  
potest (contra celebrationem Missæ in mari)  
quoddam Rituale antiquum approbatum à  
Leone X. cuius memini Navarrus in Miscel-  
lan. de Oratione Misce. 90. ubi 1. p. tract. 4.  
c. 35. dicitur: *In loco fluctuant, ut in mari &*  
*fluminibus, celebrare non licet alio. Hoc tamen*  
*parum probat: primum, quia de approbatione*  
*Leonis non constat, nec de auctoritate illius*

Sacerdotialis, de quo solum Navarrus dicit:  
Liber Sacerdotialis à Leone X. (ut aiunt)  
probatus, quem nobis monstravit R. in Chri-  
st. P. &c.

Ceterum in ipso Sacerdotali, quem in  
nostra Bibliotheca habemus, non invenitur  
illa Leonis approbatio: solum dicitur in  
fronte libri, *huius multoties approbatum au-*  
*toritate Pontificum. Postea vero, cùm inci-*  
*rum impressus sit Venetiis anno 1568. dempla-*  
*fuerunt verba prædicta de approbatione sum-*morum Pontificum. Secundò, quia illa ap-*roba*to Leonis, si qua fuit, non videtur*  
*sonare plus quam licentiam, non vero præ-*cep*tit aut legem.**

Tertiò, quia aliqua ibi continentur in  
ordine dicendi Missam siccām, quæ correc*tione*  
indigent, quale est, quod dicuntur ora*tiones*  
post Communione, que tamē cū  
mentionem ut plurimum faciant Sacramentum  
percepti, certum est non posse tunc dīc*ti*,  
quando consecratio aut sumptio non præ*cessit*.  
Ad summum ergo habetur, quod ille Autor  
locutus sit sicut alii Autores, qui hoc ipsum  
dixerunt, non licere celebrare in mari; &  
ideo illa doctrina merito fuerit approbata.  
Hucusque Enim illius.

His tamen non obstantibus, dico ego ut  
primo, in verbis suprà relatis factis constat,  
quod si sermo de Absolutione sacramentali, *obtem-*  
*plorat* *Si quidem certum est, iuxta Rituale Rome-*  
*num Pauli V. & alias auctoritates non feni-*  
*guntur* *allegatas hic & alibi, sacramentaliter absolv-*  
*posse & debere peccatorum, quantumvis ga-*  
*yissimum, si petit Sacerdotem ut confiteretur,*  
*& ostendit se velle facere omnia que debet,*  
*namē in particulari nihil fuerit confessus.*  
Perspicue autem manifestum est, Sacerdotale  
Romanum loqui de tali peccatore, Verba  
sunt clarissima. Ergo de Absolutione sacra-  
mentalium. Cumque æquiparet illi peccatori in-  
firmum, qui bene vivebat ut bonus fidelis,  
& frequentabat Confessionem & Communi-  
onem, quanvis non petierit Sacramenta;  
liquet profecto, & hunc infirmum, iuxta  
Sacerdotale Romanum, sacramentaliter pol-  
& debere absolvit.

Quod autem dicit, præmittendam esse  
Confessionem generali ab alio, intelligit  
sicut solet fieri in populo, videlicet ceremoni-  
aliter; non quasi illa esset necessaria ad  
Absolutionem subsequenti; sed eo modo  
quo solet præmitti administrationi Viatici  
(que ibidem prescribitur) quanvis non sit  
